



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

441. Quid prouno anno.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 379
peri solidos tres. Sed adtendat unusquisque
cui dare debeat , sive pro redemptione capti-
vorum , sive supra sanctum altare , sive Dei
servis , seu pauperibus in eleemosyna.

Quid pro uno mense agendum sit.

Vnde suprà.

CCCCXXXIX. Pro uno mense quod Burchard. lib.
in pane & in aqua pœnitere debet aliquis,
psalmos decantet mille C C. genu flexo ; & si
non genu flexo , mille D CL XXX. Et om-
ni die , si vult , & abstinere non potest , refi-
ciat ad sextam ; nisi feria quarta & sexta jeju-
net usque ad Nonam. carnem & vinum non
sumat. Reliqua percipiat.

Quid pro una hebdomada.

Vt suprà.

CCCCXL. Pro una hebdomada psalmos Burchard. lib.
CCC. genua flectendo decantet , aut in uno 19, c. 18.
loco per ordinem psallat.

Quid pro uno anno.

CCCCXL I. Qui verò psalmos non no- Burchard. lib.
vit , & jejunare non potest , pro uno anno 19, c. 10.
quod jejunare debet in pane & aqua , det in
eleemosyna viginti sex solidos , & in unaqua-
que hebdomada diem unum jejunet usque ad
Nonam , id est , feriam quartam , & alium , id
est , feriam sextam , usque ad vesperam . Et in
tres quadragesimas quantum sumit penset , &
mediatatem tribuat in eleemosyna.